

tineat, veluti compositū arte fit ex varijs, vt lato, campanarumq; metallum, ac similia. Sed vide quid infrā dicetur de cinabari. Verūm vt ista magis elucescant, colligere tibi volui per ordinem, quē sibi sunt affinia potiūs quàm remotiora, proinde mox spagiricum subnectamus illud matrimonium, de quo suprà parumper tetigimus, cùm de spiritibus & metallorum tinturis ageretur.

*De matrimonio spagirici vel philosophici
lapidis. CAP. XII.*

MERCVRIVS philosophorum seratur in mercurium corporalem, tamquam semen in suum agrum viuum, hoc est mercurius solis in terram projiciatur philosophicam, ad generationem tinturarum, & viuus ager mercurium sapientum soluet eius in se vires concipiens, ac istam ille viuam occidet, spiritum scilicet viuum corporalem, indequē matrimoniu constans & inuiolabile per ignem & in ipso fiet. Mercurius nanq; philosophicus, id est solis, ad corporalem spiritum mercurij comparatur in coniunctione, quemadmodum